# Mythologia, Padoue, 1616 - 37 : Fortuna redux au timon

### 2 médaillons

### Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

#### Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

Images, Lyon, 1581 - 74 : Le bon et le mauvais Génie *a pour adaptation ce document*

---

#### Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

Imagini, Venise, 1571 - 74 : Le bon et le mauvais Génie *a pour adaptation ce document*

---

#### Collection Série B - 1612. Pierre Eskrich, Mythologie (Lyon)

Mythologie, Lyon, 1612 - 23 : Le bon et le mauvais Génie *a pour alternative ce document*

---

# Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

# Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 177
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 11/04/2024

---

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7756?context=pdf



Fichier issu d'une pag



*Longissimè à sapientia Fors dissidet :*
*Sed multa perficit tamen similia.*

Theognis omnium bonorum & malorum, diuitiarumque & paupertatis autorem Iouem esse credidit, quamuis illa tam præclara Fortunę Orpheus tribuerit, quare videtur Theognis nullam esse Fortunam in his existimasse :

Ζεὺς, γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιρρέπει ἄλλοτε
ἄλλῳ.
ἄλλοτε μὲν πλουτεῖν, ἄλλοτε δ' οὐδὲν ἔχειν.
*Iupiter huc illuc interdum pondera flectit,*
*Nunc dat diuitias, nunc dat habere nihil.*

Quare præclare scriptū est à Iuuenale stulte inter Deos collocatam fuisse Fortunam. Nam si prudentia potius, quam temeritate quadam & cęcitate mentis res humanæ gubernarentur, oblitesceret penitus è mentibus hominum fortunę nomen : fieretque sibi quisque illa fortuna, quam sibi parasset, neque magnopere vel de occulta potentia syderum, vel de Dei clementia ac prouidentia, vel de occultis naturæ causis quereremur cū quis agit inconsideratè : multaque propter suam patiatur in scientiam, vt nos aliquando lusimus in quadam epistola his versibus, ad clarissimum virum Petrum Sanutum missa :

*Aut tamen occulta via est prudentia, & alta: fu-*
*Vt solis sit nota Deis series : ratione (turi*
*Et trahitur certa venturi temporis ordo :*
*Aut si non flectit mentes vis arboris alti, &*
*Ingenium fit cuique suum Fortuna: misellì*
*Erramus cæci terra caligine mersi.*
*Nec quicquam rectum certa ratione, modoque*
*Conamur, velut in tenebris erramus. & ipsa*
*Inscitia à nobis fatorum creditur ordo.*
*Deteriora capi contingit, ac optima sordent.*



Digitized by INTERNET ARCHIVE
Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7756?context=pdf